UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere

De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio

Romae, 1657

14 Eorum locus in Capellis, Processionibus, & Equitationibus, & consessio eorundem cum Clero.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

Visual Library

huiuſmodi tantum erat priuile-
gium, vt aſſiſterent Pontifici in
Eccleſia: Quo tendunt verba
Papias dicentis *in gloſſis, Defen-*
ſores à Romanis Pontificibus con-
ſtituti ſunt Epiſcoporum adiu-
tores, quibus honores inter Cle-
ricos, ſicut & Regionarijs con-
cedimus relata per Ioannem
Meurſi *in Gloſſario Græcobar-*
baro Verbo ΕΚΔΙΚΟΣ *pag.* 149.
14 *col.* 2. *verſ. Papias.* Quo * pri-
uilegio ſemper potiti fuerunt
Aduocati Conſiſtoriales, qui in
Capellis Pontificiis, ſi Papa eſt
præſens, & Capella celebratur
in Palatio, ſedent è conſpectu
illius; ſi vero celebratur in Ba-
ſilica Lateranenſi, D. Petri, vel
alia, ſedent in vltimo gradu So-

lii Pontificis, à latere dextro: In Proceſſionibus verò, & Equitationibus bini procedunt, & equitant ante Cubicularios, vt meminit Pontificale Romanum *fol.* 45. 48. *à tergo & 89. col.* 1. ac Cæremoniale Romanæ Eccleſiæ impreſſum ſub Leone X.
Quinimò * in Coronatione Pon- 15
tificis Pluuialibus induti in Confeſſione Diui Petri aſſiſtente D. Cardinali Priore Diaconorum, vnà cum Subdiaconis, & Auditoribus Rotæ laudes dicunt Principi Coronato, prout habetur dicto Pontificali *fol.* 45. 47. *&* 50. *à tergo*; & quando ſummus Pontifex non eſt præſens Capellis, vel ſede vacante, ſedent vnà cum ſacro Cardina-

lium